



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 69. Hujus Auctoris Opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.** tebatur, ibidemque tam Philosophiam  
A. C. 1583. quam Theologiam ultra decem annos  
 tradebat, cum tanto Auditorum con-  
 cursu, ut ex remotissimis etiam Pro-  
 vinciis juvenes confluerent, imo etiam  
 Protestantes, quos tamen acerrime im-  
 pugnabat, turmatim ad ejus prælectio-  
 nes accurrerent. Ceterum de adveris  
 ejus casibus, quos in eadem Urbe ex-  
 periebatur, jam alibi mentionem feci-  
 mus, qua tamen tempestate superata  
 Maldonatus ad Bituricense Jesuitarum  
 Collegium secessit, ubi vix vigesimum  
 mensem transegerat suas lucubrationes  
 expurgaturus, ultimamque admoturus  
 manum, cum a Gregorio XIII. Papa  
 Romam accersitus septuaginta Interpre-  
 tum Bibliis concinnandis, ac postea  
 prælo publico subjiciendis operam lo-  
 care juberetur: verum hic morte præ-  
 ventus hoc opus perficere haud poterat,  
 quippe die sexta Januarii Anno post  
 Virginis partum millesimo quingentesi-  
 mo octogesimo tertio nonnisi quinqua-  
 ginta annos natus obiit, postquam pri-  
 mam lucem Cosæ-Reginæ oppido pro-  
 pe Lerenam in Estremadurensi Provin-  
 cia sito aspexerat.

### §. LXIX.

*Hujus Auditoris opera.*

Maldo

Maldonati opera post ejus obitum ty- Sæcul. XVI.  
pis prodierunt cura Patris Clemen- A.C. 1583.  
tis de Puteo itidem Jesuitæ, qui Musili-  
ponti anno post Christum natum mil-  
lesimo quingentesimo nonagesimo sexto Ribad. Eg  
Alegambe  
de Script.  
ediderat Maldonati commentarios in Soc. Gene-  
quatuor Evangelia, quodam usus exem- brad. Chr.  
plari, quod a supremo Societatis Præ- ann. 1583.  
posito eidem submissum ex ipso Aucto- Dupius Bibl.  
ris scripto Codice desumebatur. Script.  
Hic pag. 436.

Commentarius postea iterato prælo-  
natus plurimi habetur: insuper ejus-  
dem Commentarius in Jeremiam, Ba-  
ruch, Ezechielem, & Danielem Pro-  
phetas anno a Christi Nativitate mille-  
simo sexcentesimo nono Lugdunensibus,  
atque anno Incarnationis Dominicæ mil-  
lesimo sexcentesimo undecimo Colonien-  
sibus literis excusus prodiit, prout &  
quædam explicatio in Psalmum centesi-  
mum nonum præter quamdam episto-  
lam circa Colloquium Sedanense cum  
Ministris Calvinistis habitum: exstant  
præterea ejusdem Scriptoris disputatio-  
nes Polemicæ, necnon liber de dæmo-  
nibus, nec desunt, qui eidem Auctori  
adscribunt summam casuum Conscien-  
tiæ, & controversias circa Sacra-  
menta.

Præter hosce libros Maldonatus e-  
tiam elucubrabat commentarios in Psal-  
mos, in Epistolam sancti Pauli ad Ro-  
manos, necnon Universam Theologiam

I 3 Scho-

**Sæcul. XVI.** Scholasticam præter quatuor tractatus  
A.C. 1583. de Constitutione Theologica, ritibus  
 Missæ, indulgentiis, & Purgatorio:  
 porro hi tractatus adhuc in scripto Co-  
 dice in Bibliotheca Ambrosiana Medio-  
 lani asservantur, Parisiis tamen anno  
 Salvatoris nostræ millesimo sexcentesimo  
 quadragesimo quarto typis vulgati  
 fuere commentarii huic Auctori pari-  
 ter adscripti in præcipuos veteris Te-  
 stamenti libros, qui tamen ceterorum  
 præstantiam non adæquant.

§. LXX.

*Dissidia inter Anglos Ministros Puritanos, & Calvinistas, qui Parliamentarii vocantur.*

*Cambden annal. Regn. Elis Spond. hoc ann. n. 15.*

Hoc anno in Anglia Regno furiosa  
 exstitit altercatio inter Ministros  
 Calvinistas Parliamentarios, & Calvi-  
 nistas Puritanos, ubi tam hi, quam illi  
 in probrosas injurias, ac dictoria con-  
 tra Cantuariensem Archiepiscopum, an-  
 tea Vigorniensem Antistitem in suis  
 scriptis erumpebant: porro occasio ad  
 id exinde nascebatur, quod juxta man-  
 data Reginæ, quæ sibi supremi in An-  
 glicana Ecclesia Capitis auctoritatem  
 arrogabat, præfatus Præful Puritanos  
 obstringere contenderet, ut sua sub-  
 subscriptione profiterentur, quod sola hæc  
 Regina supremam potestatem tam fa-

cram,